

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum perfectio attendatur secundum charitatem? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

dinantur. Nam consideratio officiorum quantum quidē ad alios actus, pertinet ad legisperitos; quantum autem ad sacra ministeria, pertinet ad confederatiōnem ordinum, de quibus in tercia parte agerūt.

¶ Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit. Primo quidem, de statu perfectio[nis] in communi. Secundo, de his que pertinent ad perfectionem Episcoporum. Tertio, de his que pertinent ad perfectionem religiosorum.

¶ Circa primum queruntur octo.

¶ Primo, vtrum perfectio attendatur secundum charitatem?

¶ Secundo, vtrum aliquis possit esse perfectus in hac vita?

¶ Tertio, vtrum perfectio huius vitæ consistat principaliter in consilijs vel in præceptis?

¶ Quarto, vtrum quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis?

¶ Quinto, vtrum prælati & religiosi specialiter sunt in statu perfectionis?

¶ Sexto, vtrum omnes prælati sint in statu perfectionis?

¶ Septimo, quis status sit perfectior, vtrum religiosorum vel episcoporum.

¶ Octavo, de comparatione religiosorum ad pletonos & archidiaconos.

ARTIC. I.

3. q. 4. a. Vtrum perfectio Christianæ vita attendatur spiritualiter secundum charitatem!

3. co. 18. 3. 20. c. 135. A D primum sic proceditur. Videtur, quod perfe-

ctio. 1. ¶ tio Christianæ vita non attendatur spiritualiter secundum charitatem. Dicit enim Apost. 1. ad Corin-

17. et top. 14. Malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti. Sed

17. c. 6. et op. 18. c. charitas non pertinet ad sensum, sed magis ad affectum.

Ergo videtur quod perfectio Christianæ vita non con-

2. et 3. c. ficitur principaliter in charitate.

Phlip. 3. ¶ 2. Præterea. Ad Ephes. vlt. dicitur, Accipit ut.

49. 2. co. 3. maturam Dei, ut possitis resistere in die malo, &c.

eminentibus perfecti stare. De armatura autem Dei, subiungit dicens, Stare succinæ lumbos vestros in veritate, & induri loricam iustitiae, in omnibus sumentes secundum fidem. Ergo perfectio Christianæ vitae non solum mendit secundum charitatem, sed etiam secundum alias virtutes.

¶ Præterea, Virtutes specificantur per actus, siue & alij habitus. Sed Iac. 1. dicitur, quod patientia estas perfectum habet. Ergo videtur, quod status perfectio attendatur magis secundum patientiam.

SED contra est, quod dicitur ad Coloss. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis: quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

RESPONDEO dicendum, quod unumquodque dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est ultima rei perfectio. Charitas autem est quæ unit nos Deo, qui est vitimus finis humanæ mentis: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur 1. Ioannis 4. Et ideo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio Christianæ vitae.

Ad primum ergo dicendum, quod perfectio humanae sensuum præcipue in hoc videretur consistere, ut in unitatem veritatis conueniant: secundum illud 1. ad Corinthios 1. Sitis perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Hoc autem fit per charitatem, quæ conlensem in hominibus operatur. Et ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione charitatis consistit.

Ad secundum dicendum, quod dupliciter potest distinguendus perfectus. Vno modo, simpliciter: quæquisquis perfectus. Alter modo, per distinctionem: id est ipsam rei naturam: puta si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum, & alijs huiusmodi, quæ requiruntur ad vitam animalem. Alter modo dicitur aliquid perfectum, secundum quid: quæ quidem perfectio attenditur secundum

604 QVÆST. CLXXXIV. ART. L
dum aliquid exterius adiacens, puta in albedine, vel
nigredine, vel in aliquo huiusmodi. Vita autem Christia-
na specialiter in charitate consistit, per quam ani-
ma Dei conjungitur. Vnde dicitur 1. Ioan. 3. Qui no-
diligit, manet in morte. Et ideo secundum charitatem
attenditur simpliciter perfectio Christiana nostra, sed
secundum alias virtutes, secundum quid. Et quid id
quod est simpliciter, est principalissimum & maxi-
mum respectu aliorum: inde est quod perfectio chari-
tatis est principalissimum, & maximum respectu per-
fectionis, qua attenditur secundum alias virtutes.

Ad tertium dicendum, quod patientia dicitur ha-
bere opus perfectum in ordine ad charitatem, ina-
quantum feliciter ex abundantia charitatis prouenit,
quod aliquis patienter toleret aduersa: secundum il-
lud ad Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Dei?
tribulatio, an angustia?

869

*sup. q. 24.
a. 8. 3. d.*

*29. q. 1.
a. 8. q. 2.*

ar. 11. et

Ephes. 6.

te. 4. co. 1.

fin. &

Phil. 1. e. 2

co. 3. &

Icc. 3. pr.

& cor. 1.

text. 64.

to. 2.

art. præc.

** ho. 14.*

parum a

medio.

*V*irum aliquis in hac vita posse esse
perfectus?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod in-
clusus in hac vita possit esse perfectus. Dicit enim
Apost. 1. ad Corinth. 13. Cum venerit quod perfectus
est, euacuabitur quod ex parte est. Sed in hac vita
non euacuatur quod ex parte est: manent enim in hac
vita fides & spes, quae sunt ex parte. Ergo nullus in
hac vita est perfectus.

¶ 2 Præterea, Perfectum est cui nihil debet, n-
dicitur in 3. * Phys. Sed nullus est in hac vita cui
desit aliquid. Dicitur enim Iacobi tertio, In misere-
rando offendimus omnes. Et in Psal. 138. dicitur, Impre-
dicamus omnes gentes. Quoniam in eis viderunt oculi tui. Ergo nullus est in
vita perfectus.

¶ 3 Præterea, Perfectio vita Christiana, sicut
dictum est, attenditur secundum charitatem, quia non
se comprehendit dilectionem Dei, & proximi. Sed
quantum ad dilectionem Dei non potest aliquis perfic-
tius. Nam charitatem in hac vita habere: quia vi. Oportet